



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Desiderium, & Amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

Desiderium, & Amor.

Gen. 44 **E**T nunc oro, Do-
 mine mi Rex, lo-
 quatur seruus tuus ver-
 bum in auribus tuis,
 & ne irascaris famulo
Psalm. 9. tuo. Tu, Domine, im-
 molasti victimas tuas,
 miscuisti vinū, & pro-
 posuisti mensam tuam,
 misisti ancillas tuas ut
 vocarent ad arcem, si-
 quis esset paruulus ve-
Can. 3. niret ad te. Tu dixisti
 egredimini, filia Sion,
 & videte Regem Sa-
 lomo-

lo
 te
 m
 sp
 la
 d
 tu
 &
 p
 &
 in
 p
 a
 ig
 m
 v
 C
 fe
 te

Desider. & Amor. 93

lomonem in diadema-
te, quo coronauit eum
mater sua, in die de-
sponsationis eius, in die
lætitiæ cordis eius. Tu
dixisti, Domine, seruo
tuo, Exi citò in plateas,
& vicos ciuitatis, & *Luc. 14.*
pauperes, ac debiles,
& cæcos, & claudos
introduc huc, & com-
pelle intrare vt imple-
atur domus mea. Ne *4. Reg. 14.*
igitur auertas te à fa- *S. Aug. Soliloq. B c.*
mulo tuo, & dicas; Nō
videbis faciem meam.
Ostende te mihi, Con-
solator meus: Videam
te, Lumen oculorum
meo-

94 Die Dominica

meorum. Veni gaudiū
spiritus mei: Videam
te, lætitia cordis mei.
Diligam te, vita animæ
meæ. Appare mihi, de-
lectatio mea magna,
solatium meum dulce,
Domine Deus, vita
mea: & gloria tota ani-
mæ meæ. Inueniam te,
desiderium cordis mei:
teneam te amor ani-
mæ meæ, *Pfal. 17.* Diligā te Do-
mine, fortitudo mea:
Domine firmamētum
meum, & refugium
meum, & liberator
meus. Amem te, Deus
meus, adiutor meus,
turis

Desider. & Amor. 95
turris fortitudinis mi-
hi, & spes mea dulcis
in omni tribulatione
mea. Amplectar te bo-
num, sine quo nihil bo-
num: fruar te optimo,
sine quo nihil est opti-
mum. Aperi penetra-
lia aurium mearū ver-
bo penetrabiliōri om-
ni gladio ancipiti, vt
audiam vocem tuam.
Intona, Domine, de-
super voce grandi, &
forti. Tonet mare, &
plenitudo eius: com-
moueatur terra, & om-
nia, quæ in eis sunt.

Igni.

Igniculi pietatis.

Regem in decore
suo videbūt ocu-
li tui, oculi tui videbūt
Ierusalem, habitationē
opulentam; quia solum
modo ibi magnificus
est Deus noster: locus
fluminum, riui latissi-
mi, & patentes. Do-
minus autē iudex no-
ster, Dominus legifer
noster, Dominus Rex
noster ipse saluabit
nos. *Isais 23.*

Ego dispono vobis
sicut

Desider. & Amor. 97
sicut disposuit mihi pa-
ter meus regnum, vt
edatis, & bibatis super
mensam meam in re-
gno meo. *Luc. 22.*

Qui sanguinē Domi-
ni bibit indignè haud
secus ac qui coinqui-
nat Regis purpuram.
Chryl. in hom. 46. in Io.

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &
Vox laudis.*

Exaltabo te, Deus ^{*Pf. 144.*}
meus Rex, & be-
E nedi-